



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Nota I. De Calumnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

prohibuit. Cedo unum, qui vindictam non
petit. Circa locum, in quo aliquem ad eandem in-
ducit, arguere impellant. Sed quid de vobis dici non
possit? quod homines in errorem inducitis; doctrina
Catholicam impugnatis, Fidem ipsam impeti-
tis. Catholicam impugnatis, Rom. Pontificem ejusque
doctrinam asiligitis, per fas & nefas. Per fas, quia
novos Sacramentorum ritus, per tumultus
seditiones, per fas & nefas, introducere non cessas-
tis, sed cur hac frustra recenseam, quae jam publica
sunt, quae enim nescitis, Jansenistas hereticos esse, qui
bellum suis erroribus, Sanctae Sedis libellis
seditiosis a se editis, Patriae suis tumultibus, Jesuitis
calumniis & bonis omnibus, suis calumniis & con-
tentionibus, nonne pervertitis?
(a) Duellum orationem convertitis; (a) quod a
Jesuitis, ut licitum permitti fingis; scilicet a
Layman, Hurtado, Filiutio. Dixi hæc a te fin-
gi. Layman citatus num. 84. contrarium docet:
Apologista impo. 11. & P. Hurtado in Libello, qui Bonæ fidei Jansenistarum infami-
am perinde satis docuerit. Sed cur Layman apud
Carissimam & Carissimam non apud illum ipsum in-
dignum libelli non extant? sed cur citas sectio-
nem inempehite tractatus non in sectiones;
hæc res distinetur. Citas etiam num. 4. pro 3.
pro Navarro. Nihil porro hoc loco
habere, nisi quod in rarissimo casu, quo mi-
seri iniquis, officio, dignitate, Principis gra-
tia debeat, ob ignavia infamiam, nisi idem
procedenti se sitat; eum qui meræ defensionis
procedenti juxta doctrinam Navarri, damnare
non dicit, se approbare: addit tamen de
fensionem, si quis ita ad pugnam, ali-
quid gravi injuriæ & contumeliæ se liberare non
possit, armis congregiatur, & eam repellat ferro:
Quidem hoc aliud est, nisi meræ defensionis? Quis
negat, contumeliæ gravem repelli posse? Idem om-
ni, si armis congregi necesse sit, ad tuen-
dam vitam, v. g. si quis alteri diceret stricto gladio:
procedenti, nisi congregiarius mecum. Filiutio
dixit supra citat, in hoc dumtaxat sensu loqui-
tur, quæ meræ defensionis gratia armis con-
gregari, nec feralis modus evadendi. Nec est;
sed dicit, Jesuitas censere, duellum esse tantum
duellum, propter Regias, vel Ecclesiasticas Leges;
quæ de penate alienum est. Quis unquam Jesuita
duellum cum Leges humane accesserint ad ma-
jorem penam, qui detestabilem illum duelli
modum haberet. Duellum igitur per se malum est;
sed quod videtur: se junctum scilicet ab iis cir-
cumstantiis, quæ utrumque culpæ aliquando exi-
munt.
Tunc quod subnectis de Lege Penali, ut vocant;
ut enim nemo negat, esse quasdam leges
penales, (b) cum hoc a voluntate Legislatoris
pendet; pro quo præter auctores ab Escobario,
non citos, adducit, scilicet Navar. Reginald. Vil-
la. Valent. Filiutium, tu vide sis Layman lib. 1.
cap. 1. qui citat in hanc rem Henricum, Angel.
Salon. Phillarc. Suar. Soto, Carbo, Sanchez,
quæ recte explicant, unde mens Legislatoris
non de conjici possit; v. g. ex materiâ, fine, objecto,
et aliis que circumstantiis. Nec ulla est hoc loco
calumnia. Nec enim Jesuita ullas leges contra duel-
lum meræ penales esse diceret; cum duellum
per se malum sit, ac proinde non ideo malum, quia

prohibitum; sed ideo prohibitum, quia malum. Nec
quicquam etiam dicit, propter Regias Leges dumtaxat
duellum repudiari sine ignominia posse. Cum enim
malum internum & verum crimen sit; etiam præcis
legibus, a crimine abstinere, veta ignominia non est. I-
gitur Jesuitæ armis congressi eo tantum casu permit-
tunt, quo quis, meræ defensionis gratia, illatam vim, aut
gravem contumeliæ repellit. Quid in his reprehen-
das, nemo sapiens inveniet. Sed malum meum forte factum
est, ut tecum agerem, qui res istas non intelligis: ut vel ex
eo constet, quod dicis, probrum non esse, scilicet co-
ram hominibus, alapam accipere. Nemo negat, quia
maximi meriti, & maxime gloriæ sit coram Deo, pati-
enter ferre, alteram maxillam præbere. Hoc fac, Wil-
lelme, Jesuitarum exemplo. Sed quis a vobis hoc speret,
ut contumeliæ per injultam vim illatas patienter feras-
tis, qui sinceræ & a mera Charitate protectas, non cor-
rectiones, sed monitiones ferre non potuistis? quibus
optimi Patres sapē, frustra licet, conati sunt ad melio-
rem frugem vos reducere; designe hortati; ut ejuratis
erroribus, pacem Ecclesiæ redderetis. At si hoc hæc-
nus cecinerunt, & obstinati in malo. Reverti ut dicam;
quod sentio, hæc obstinatio; itemenda est diabolice
pravitate & reprobi sensus nota. Denique sub finem Ir-
rides iterum probabilitatis speculativæ & practicæ a
Lessio sæpe usurpatam distinctionem. Rides inquam;
quia rem illam non capis. Optimam enim & appositam
distinctionem illam esse, in iis præsertim casibus, in qui-
bus eam Lessius adhibet, ex iis quæ antè diximus, mani-
festum est. Quid ergo Lessio negotium facessis, do-
ctissimo, piissimo, & candidissimo Scriptoni? importu-
na Cantharis rosam illam, florem illum illibatam inva-
dis: non ut mel colligas, Apis sedula; sed ut mel ipsum;
funestus atque in venenum convertas. Tace igitur æ-
terno damnandus silentio, nisi ad errores tuos ejuran-
dos, tenendamque pallaodiam, voce & calamo satia
tempori uti malis.

In Epist. decimam quintam,

NOTA I.

De Calumniis.

IN hac scenâ, Willelme, egregie præsertim ac-
strenue te geris: gratum argumentum nactus, in eo
revera triumphas. (a) Quam quisque noverit artem,
in ea se exerceat. Quidni, amabo, hujus artis, calumnias
instruendi, contumeliæ intorquendi, ingerendi convi-
tia, omnium lanè, qui præteritis tetro sæculis scripsere,
longè peritissimis sis: tot huculque calumnias & con-
tumeliæ, tantumque virus acerbitatis, ore infusito e-
vomisti, ut supremum hujus artis magistratum adep-
tus, calumniatorum facile Princeps & Coryphæus cen-
searis. Ne tamen hic operam meam desideres; ad sus-
ceptum a me castigationis penum redeo. Primò causa-
ris, nihil ab Apologista responsum ad ea, quæ Montalti-
us primâ parte Epistolæ, contra doctrinam Jesuiticam,
quæ calumniam a peccatorum numero eximit, luculen-
ter exposuit. At si fallor, primus Apologista, meo judi-
cio, satis efficaciter, breviter licet, repoluit, doctrinam
illam non Jesuiticam, sed Dicaillii, communi Jesuita-
rum omnium, qui de hac materiâ scripserunt, contrari-
am, suis auctoribus non ceteris ac pro ea citari Bannez,
Vegam, Orellanum ab eodem Dicaillio. Paulò post
dabo alios, ubi rem breviter expoluero. Disputant Mo-
tates

(a) Pag. 389. (b) Pag. 390.

(a) Pag. 408.

rales Theologi, utrum aliquis casus, rarus licet, esse queat, in quo aliquis retorquere calumniam in calumniatorem sine iniustitia possit. Dicastrillus tunc fieri posse putat, cum praedictis auctoribus & aliis, quos citat; si alius modus non sit, arceendi calumniam, gravem scilicet; & si revera arceatur retorq̃ta calumnia. Tunc enim calumnia, inquit, simplex mendacium erit, non tamen contra iustitiam; & quidem primo coram Iudice, ita ut criminator, vel testis iniquus, calumnia arguatur, siue hic crimen falsum imposuerit, siue forte verum, sed occultum, contra juris ordinem, quod nulla probatio haberi queat. Ita Bannez 2. 2. q. 64. a. 7. dub. 4. Petrus Navarra, lib. 2. c. 4. n. 349. Malderus tract. 6. c. 3. dub. 20. Sylvestr. f. restit. 3. q. 3. Navarrus c. 18. n. 49. Colligitur ex D. Thoma q. 69. a. 2. Lessius lib. 2. c. 3. n. 6. Mendoza in 2. 2. disp. 70. sect. 4. §. 121. Diana parte 5. tract. 17. resol. 26. Neque est mendacium, si neges illud crimen, quod occultum est, nec in iudicio probari potest; quantumvis dicas, accusatorem mentiri, calumniari, &c. & haec est communis.

Utrum vero semper mortale sit, obijcere falsum calumniatori, vel accusanti contra ordinem Juris, disceptatur. Negat Dicastrillus, si non sit alius modus evadendi, & sic revera evadatur; enervata, scilicet, accusatoris fide. Idem sentit Bannez q. 70. art. 3. dub. 2. item q. 72. art. 3. Orellana q. 72. ut testatur Vega in Summa Hispanica, Petrus Ledesma tract. 8. c. 25. concl. 21. dub. 3. qui hanc sententiam vult communem esse Thomistarum, desumptam ex S. Thoma 2. 2. q. 70. a. 4. Item Joannes De la Cruz in Directorio praecipit. 8. a. 4. dub. 17. Si Dicastrillum excipias, Jesuitae omnes, quorquot scripserunt, in contrariam sententiam eunt. Recentior Apologista Dicastrilli opinionem in praxi damnavit; sed propter tam illustres auctores speculative probabilem esse, negare ausus non est; cum etiam aliunde probabilis dici queat, propter alios auctores; scilicet, Majorem in 4. dist. 15. q. 16. Soto ibid. q. 3. Sylvestrum alioque, qui docent, compensationem in calumniis fieri posse: non tamen Jesuitae haec docent. Cur ergo doctrinam Jesuiticam vocas, ac dicis, Jesuitas Divinum praecipit labefactas? Sed Wilhelme, (a) quid opus erat, tot Scripturae & Conciliorum loca hac congerere? quid enim probant? Calumniam, inquis, grave peccatum esse. Injustam scilicet: nec enim de aliis in his locis agitur. Sed quæro, quis hoc negat? fingis tibi hostem, quem impugnes. Quis unquam Jesuita aut dixit, aut scripsit, injustam & gravem calumniam grave peccatum non esse? Sed, inquis, omnis calumnia injusta est. Hoc si probasses, Wilhelme, citra illam locorum farraginem: non Jesuitas quidem, qui tecum in hac re sentiunt, sed Dicastrillum & alios qui cum illo sentiunt, non parum perculisses. At demus, crimen occultum tibi ab aliquo exprobari, & te contra juris ordinem coram Iudice accusari: quid in his angustiis faceres? an crimen ultro fateri statueres? haud crediderim. Quoniam enim pacto occulta fateri velles, qui publica, quorum saepe convictus fuisti, fateri reculas? taceres, exemplo Christi, qui taceret, consentire videretur. Præterea si tacere nequis, cum jam causa cecidisset: quomodo taceres, cum illa defendenda esset? negares forte? diceres igitur, falsam esse accusationem: igitur & falsum accusatorem. Vides, quod tandem te reduxerim.

Videndum restat, quomodo raticunculam, non Jesuitarum, sed Thomistarum potius, quorum sententiam Dicastrillus suo calculo donavit, impugnes. Quisquis, inquit, injuste famam alterius ledit, iuste defensionis eidem jus cedat, necesse est: iusta vero defensio est, quæ medium illud adhibetur, quod ad repellendam

injuriam necessarium est. Supponunt autem, ad repellendam infamiam, gravem scilicet, immo ad evadendam mortem, cuius crimen impositum reum facit, esse aliud medium, præter illud, quo in accusatorem calumnia retorquetur. Demus ex hypothesi, mendacium peccatum non esse, licet revera peccatum sit. Immo dubie, accusatus, calumniam, iuste defensionis iure, re retorquetur. Igitur retorquere calumniam, idcirco vitium meum attentans, iniuste scilicet, & per vim, & contra iustitiam, non habet in propriam vitam, quod meam illam impetam, si meam aliter salvare nequeo; ita famam meam attentat, in famam suam Ius non habet, quod minus, si necesse sit, nec aliter indeminis esse possit, eandem famam aggrediar: vel simplici mendacio, calumnia est; vel insonti accusatione, si crimen impositum est verum. Hæc est Dicastrilli & suffragantium ratio: quam tamen non ideo expoli, ut illam Bannez opinionem defendam; sed ut constet, quid triplex respondeas. Hoc igitur jam videndum.

Nihil prorsus reponis, quod ad rem conferat. Dicis enim, iniquum accusatorem apud Deum innocentem esse retorq̃ta calumnia. Quid tum? nemo negat mendacium esse, ac proinde peccatum. Sed quæstio iniquo accusatori inferatur, probare debuit. Minime probas. Non est iustum, inquis, ut apud homines amittat, quod apud Deum non amittit. Sed apud Deum, iustum est, ut iniquam accusationem diluam: et tamen specto. Sic vim vi iniuste illatam repellere non debet iniusti aggressor, vel vita, vel fama aliquid non patitur, omnino per accidens est. At insulsum est, inquis, omne iudicium quod veritati non consentit: eadem sit iustitia, quæ veritas. Sæpe ac lapsus te deus monui, V Wilhelme: rem istam non capis. Quia enim nescis, quantumvis tyro, non omne mendacium insulsum esse: quis nescit iustitiam à veritate distingui? Sic Christum Dominum à Iuda proditum, à Iudeis crucifixum fuisse, veritati confiteamur, quamvis à Iustitia alienum. Veritas igitur à iustitia discrepat: quod nemo nescit, nisi pertinax & ignarus insensibilis. Neque hic scelere scelus ulciscimur. Nempe vindicta non hæc, sed iustæ defensionis iure, simplici mendacio calumniam, vel crimen, contra juris ordinem, assidue repellimus. Neque perinde est, ac si quis adulterium altero vindicaret: quia adulterium omne, peccatum mortale est: ut & ipsa fornicatio: præterquam quod adulterium ad iustam defensionem nihil pertinet: confert.

Quod vero doctrinam illam Dicastrilli Facultas Levanienensis damnarit; mirum mihi non accidit. Veritate illa scire Academiam: sed illius censoras, à factione, non ab æquitatis studio profectas, plurimi flocci habent. Quid Balus, quid Iansenius, quid Fromondus in ea valuerint, non est profecto quod dicam. Si quid in doctrinâ mortum & Fidei adversus Iesuitas habent, ad S. Sedem deferant: cuius duroraxat, extra Concilium Generale, iudicio stamus. Quod demum illam doctrinam Dicastrilli erroniam in Fide & hæreticam appelles: tuam ignora oriam prodis. (b) Nec propterea longus Cantoris locus adducendus fuit: nec is, qui subnektis, Doctoris Angelici textus describendus. Quia enim neget, hæresim esse, si quis dicat v. g. mendacium peccatum non esse: aut votum, seu iuramentum nullum afferre obligationem: quia, scilicet, hoc constat. Accidere ad defensionem vitæ, facultatum, honoris, cum moderamine inculpatæ tutele, si aliter fieri nequeat, infamare ad defensionem iustam propriæ famæ, aut etiam vitæ, si aliter vita aut fama servari non possit,

(a) Pag. 409.

(a) Pag. 409. (b) Pag. 411.

ad rem
de dero
faciunt
colorem
mendac
fuit
iure
ideo
litem
rivam
quoque
itali
haec
e pol
acio
in im
antim
annu
le res
fata. (1)
cum in
no neg
modis
fles. Al
busus
apud De
am: ed
quod inde
quid inde
mell. In
ntis cum
ig. feli
qua cum
cum
am: de
de dero
mra: p
pari: ap
e. Neque
non h
calum
effe
ad
peccat
iam qu
ntis con

deced certum est, grave malum esse. Ac pro
ter, si quis hoc ipsum licere adstruat; non sane
omnino hareticus censendus est. Hareticus ta
censendus, Willemie, quisquis errores ab Ec
clesia damnatos obliuione defendit: ut Janseuista
habetis; cum maximo totius Ecclesiae scandalo;
mentes fecerunt.
Iesuista omnes constantissime negant; peccata
veniale admittendum esse, etiam si orbis univer
salis independere. Cum igitur omnis calumnia
mendacium sit; & hoc; peccatum licet veniale;
tamen Iesuista nunquam dixerit; calumniam licitam
esse, alioquin aliquando acciderat, ut contra ju
diciam non sit. Et, inquis; (a) Iesuista ita sentiant;
hoc veniale non facit, quin peccata venialia facile
peccata, eoque obtentu, calumnias suis adversariis
ascribant, quae revera patent, in oculos incurrunt, ab
omnibus palpantur, & ex illo erroris fonte derivan
tur, quod scilicet hoc licere sibi persuadent: hinc tan
ta calumniandi facilitas; immo ad omnem scrupulu
m evellendum, per aliquam restrictionem mentalem;
peccatum, mendacium purgari & castigari facile
possunt; sicut quibuslibet mulieribus Societati suae in
fatu parent, eam statim ut adulteram infamare
solent, eoque citra injuriam; quia calumniandi ca
lumniam expendunt; & citra mendacium, quia restri
ctionem mentalem, de adulterio fonte, corruptiscentia, sci
entia, intelligunt. Somnia Willemie, somnia
Iesuistarum sunt illa patentes calumniae. An quia
Iesuistae errores accusant? nunquid eisdem Ecclesia
damnavit? Quia vos hareticos vocant? nunquid
Iesuistae non estis, qui damnatos errores per
petrant defenditis? Quia malam fidem vestram
pudant? nunquid eam Annatus, & uterque
Apologista deulcentissime non demonstrarunt? Sed
ad eam calumniam statim descendam. Quid
ergo implicitioribus imponitis? Quanquam dein
ter, quid temere dicatis; aut scribatis perpe
tum, parum curandum est: cum jam omnes intel
ligant, ut recte Annatus obleravit, fidem vestram
per verbum abilis; & Janseuistas omnium mor
taliu mendacissimos iure ac merito censeret. Quod
Iesuistae de muliere & adulterio; in communem
procuratorum locum adeo tibi familiarem; ultra
mentem. Facibus innititibus esse videtis; quas
omni do plenus spiritu turpis scafabus perpetuo
detrahit.

Argumentum Apologistarum solvere fatagis; (b) sed
fata. Nempe inquis; Iesuista eam dumtaxat ca
lumniam gravi injuria criminis eximunt, quae ad
pudendum aliam calumniam adhibetur: hanc au
tem, ut dicitis, Iesuista adhibent, contra Janseuistas;
Iesuista igitur calumnias priores struxerant. Quid
ad hoc mihi homo? Iesuista, inquis, id sibi persuadent;
deus sui amore ducti. Hinc si quis eos Theologiae
perus esse dicat, vel ab iis morum doctrinam cor
rumptam; illi eo calumniatorem appellant. Negas, esse
calumniam, Wendrock? Peinego, inquis. Haud
aliter hoc unico verbo causam vicisti. Retrahae
fata, quae de hoc homine per incogitantiam scrip
toris de hoc homine, inquam, nam Wendrockius &
Montaltius, mera sunt nomina; cum unus uterque sit
Montaltius, Altimontius, Claramontius, Wendro
ckius, versa dumtaxat toga. Dixistis impostorem &
calumniatorem: calumnias & imposturas recensui
Expungite, quae lo: scribite ineptias & stultitias,
mentis & delicia. Quis enim eum insanire non cen
set, qui nullum Iesuistam esse dicat non ignarum

Theologiae; non hospitem in hac sacra facultate;
Suarem, Valsquem, Molinam, Lessium, Ruiz, Bellar
minum, de Lugo, aliosque innumeros, qui de re
Theologica, multa cum laude scripserunt, Theolo
gos non fuisse? Veram Theologiam intelligo, inqui
es. Scilicet, Janseuianam, & Calvinianam. Sed hanc
quoque Iesuista probe calluerunt; non, quidem sci
entia approbationis, ut vocant; sed ut illam strenue
refutarent. Quod revera multi; Annatus scilicet;
Martinon, Stephanus Deschamps, Ripalda; alique
egregie praestiterunt.

Arguis deinde Apologistam; eo quod dixerit;
injuste ac praeter iuris ordinem accusarum, admissi
crimini, id palam negare posse; ac proinde accusa
torem in mendacium arguere. Quid vero hic reprehen
das, revera non video. An injuste in simulatum tene
ri dices; ad publicam occultam criminis confessionem?
Quo iure? qua lege? at nisi neget, fateri censetur; &
si neget, perinde est atque si injustum accusatorem
mendacium & calumniam arguat. Quod dices; sum
ma cum fide doctribam Iesuistarum a Montaltio
representatam, nec ullum Iesuistam tam stultum es
se, ut hoc non intelligat; explosione ac libili; non
responsione, vel refutatione dignum est. Quoties
ille falsitatis convictus est ab utroque Apologista;
& Annato? qua fronte haec scribis Wendrock?
plusquam meretricia. Qua fide? plusquam Jan
seuiana? Sed agnosce, inquis; recentior Apolo
gista; ita sentire Casuistas & Iesuistas; quemadmo
dum ipsos sentite Montaltius scripserat. Insignis ne
bullo & sycophanta, quali vero plusquam centies i
dem Apologista de imposturis vestris questus non
fuerit, dumque defendit a Iesuistis asserta; etiam a
vobis afflicta & depravata non refutaret. Si menda
cium & calumnia, quibus Iesuistas prosequuti estis;
iusta defensionis arma iis haecenus suppeditarunt.
Quo eventu? omnes sciunt. Doctrina vestra damna
ta est: libri vestri confixi. Nec vos Societas laceravit;
nisi propter errores vestros: non quod elatior hoc
saeculo esset; sed quod sine crimine tacere non potu
erit, dum Janseuianae haereses serpente videret. Nec
adeo impavidi estis, quin fulminis afflatum, vestrae
que ruinas senseritis. Quod nihil ab hominibus spe
retis; dare non possum. Quam multos enim prela
tis? incautos licet: quorum patrocinio lecti & culti;
Janseuismum propagare omni studio & cura stude
tis. Nihil etiam ab hominibus vos metuere dicitis.
In hoc non laudo: eum Vicarium Christi Romanum
Pontificem, & Christianissimum Regem iure timere
debeat. Pontificias Bullas contra vos editas; & in
Senatu Parisiensi solenniter receptas; hoc modo e
ludi posse creditis: sed ludum vestrum nemo non vi
det. Nec est, quod dicatis, fore; ut grata posteritas
fateatur, Christianum orbem vobis devinctum esse;
pro Litteris illis vestris; contra Iesuistas publicatis.
Immo damnabit posteritas satyras illas, mille scaten
tes erroribus; quas Romanus Pontifex, pleno censu,
iure damnavit; & Senatus Regius Aquis Sextis
famosas, calumnia reas, & bono publico per
niciosas declaravit; manuque tortosis
ultricibus flammis ad
dixit:

(.)

NOTA

(a) Pag. 412. (b) Pag. 143.